

De Sancto

Siluestro

Ipse enim se totum ministravit deo. q. se totum divinis obsequijs macipavit. Et sicut in passione. sic et in vita se xpo pfor-
mauit. Christus namq. habuit humilitatem que maxime apparuit in pedum ablatione. Communitatem. que apparuit in benigna conuersatione. Baruch. iij. cap. Post hoc in terris visus est et cum hominibus conuersatus est. Asperitatem que apparuit in aduersorum persequione. Psal. Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Similiter et beatus thomas tantam habuit humilitatem. q. singulis diebus pedes pauperum tredecim abluibat. et quatuor argenteos cuilibet tribuebat. Tantam habuit etiam punitatem q. saluo honestatis honore se omnibus pformabat. Seneca Id agamus ut meliorem vitam sequamur q. vulgus non ut contrariam. alioquin quos emendare volumus fugamus a nobis et auerimus. Tantam habuit asperitatem. q. ieiunijs corpus suum macerabat. et cilicio membra sua domabat. ad Galathas. v. Qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscentijs. Quatro nunc habet claritatem eternam. cum dicitur. Ubi ego sum illic et minister meus erit. Circa quod notandum q. christus est in dextera patris. Martini ultimo Seder a dextris dei. Est in gloria patris Philippens. ij. Dominus ihesus christus in gloria est dei patris. Est in lumine patris. j. ad Thimotheu. vj. Lucem habitat inaccessibilem. Est in throno patris. Apocalipsis. j. Sicut et ego vici et sedi cum patre meo in throno eius. Beatus ergo thomas est in dextera dei. quia recepit omnium beatorum affluentiam. Psal. Delectationes in dextera tua vsq. in fine. Est in lumine dei. quia habet visionem apertam pa. ad Corinth. iij. Videmus nunc per speculum in enigmate. tunc autem facie ad faciem Est in throno dei. quia habet regi-

am dignitatem. Prover. vlt. Nobilis in portis vir eius cum sedent cum senatoribus tere. Est in gloria dei. q. habet omnium bonorum securitatem et eternitatem Aug. in li. pfectionum. Ipse erit finis desideriorum nostrorum qui sine fine videbitur. sine fastidio amabitur. sine fangarone laudabitur.

De sancto Siluestro papa.
Sermo primus.

A Deo est omnis medela. et a rege accipies donatorem. Eccl. xxxvij. Constantinus imperator cum lepra esset pfectus a siluestro est curatus et curanti non fuit ingratus. In verbis premissis primo ponit eius miraculo-
sa curatio cum dicitur. A deo est omnis medela. Secundo constantini grata recognitio cum dicitur. A rege accipies donatorem. Circa primum notandum q. constantinus curatus est per silvestrum per virtutem baptismi. Circa quem baptismum quatuor persone pferant. s. apostoli. constantinus. silvester et christus. Et pre apostolorum fuit incriminata materia et figura. Unde dixerunt constantino in visu apparentes. q. horuisti effusionem sanguinis innocentis silvester ostendit tibi piscinam. ecce materia. i. qua immersus tercio curaberis ab omni lepra morbo. ecce figura Materia enim baptismi est aqua que fuit sanctificata tactu officii carnis cum in iordane descendit. virtute iustitiorum cum dixit Johan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. Aqua regeneratio omnis que de latere emanauit. et benedictio-
nis sacerdotis. Aug. Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Trina autem immersio fit ad designandum triuam christi sepulturam. et q. a trinitate habet efficaciam. et q. tripliciter remittit culpam. s. originalem actualem. et veniale. Secundo ex pre constantini fuit dispositio preambula. Disposuit enim se ad baptismum per tria. s. p. p. p. r. o. n. e. m. e. ij.

e. ij.

De Sancto

professionem et satisfactionem. Unde legitur
 quod ad ecclesiam sancti petri venit et se de pec-
 catis suis lamentabiliter accusauit. **Ma-
 thei. iij.** Baptizabant a iohanne pharisees
 peccata sua. **Per** opera penitentie. quod silue-
 ster ante baptismum unius hebdomade ieu-
 nium sibi indixit. Christus non ieiunauit
 ante baptismum. quod non indigebat aliqua
 dispositione. Ieiunauit autem post bap-
 tismum ad innuendum. quod qui in baptismo
 nascitur nouus homo efficitur. **Paulus** autem
 et **Constantinus** ante baptismum ieiunauerunt
 quod indigebant dispositione. **Per** opera mi-
 sericordie. quod ante baptismum carceres ape-
 riri fecit **Matth. v.** **Beati** misericordes quoniam
 ipsi misericordiam consequentur. **Tercio** ex parte silue-
 stri fuit forma debita et recta intentio. per
 quam ipsum intendebat virtute baptismi
 sanare in corpore et in mente. **Ubi** poterat di-
 cere illud **Jo. viij.** Totum hominem sanum feci
 in sabbato. Tunc enim fuit sabbatum propter
 pacem que fuit ecclesie resurrexura. **Quarto**
 ex parte christi fuit efficacia virtuosa que fuit
 triplex. **Prima** est quod ipsum in baptismo
 curauit et a morte lepre. **iiij. Re. v.** **Resur-**
 rexit et caro eius sicut pueri puuli. **Secunda**
 est. quod sibi infudit lucem gratie. et hoc sig-
 nificat per hoc quod in baptismo eius mirabi-
 lis splendor lucis emicuit. **Super** apostolos
 descendit spiritus sanctus in linguis igneis quod in
 predicatorum requiritur lingua ignita ad in-
 flammandum. **super** constantinum apparuit ei specie
 lucis. quod in principe requiritur lux sapientie
 ad iudicandum. **Tercia** est quod ipsum dignum
 fecit sua visione. hoc significat per hoc quod
 christus constantino in baptismo apparuit. **Le-
 gitur** enim. **ii. Re. xij.** quod absalon duobus annis
 faciem regis non vidit. **Tercio** autem vidit
 quod in lege nature contra peccatum originale in-
 stituta fuerunt sacrificia. in lege moysi circū-
 cisio. sed neutrum istorum celos aperiebat. **In** le-
 ge autem gratie quasi in tercio anno institu-
 tus est baptismus. qui celos aperuit et ho-
 mines dignos dei visione fecit. **Secundo po-**

Siluestro

nitur constantini grata recognitio. cum dicitur.
Et a rege accipies donationem. Ipse enim
 ecclesiam christi fundauit. unde legitur quod de fun-
 damento ecclesie sancti petri. **xij. copiosius**
 terre propriis humeris asportauit. unde dicitur
 quedam **Glosa super Isa. ix.** **Edificabitur** fi-
 lii peregrinorum muros tuos. sicut constantinus
 qui rome **xij. ecclesias** in honore. **xij. apostolorum**
 fecit. **Secundo** fundatam dotauit. quod totam
 italiam in dotem donauit. **Gen. xxx.** **Do-**
 tauit me dominus dote bona. mecum introiit me-
 us eo quod genuerim ei sex filios. **Et** potest
 esse verbum ecclesie que hic dotalis in futu-
 ro christo coniungetur eo quod sex filios sibi gene-
 rauit. **sapientia. martyres** phariseos. virgi-
 nes principes et coniugatos. **Tercio** dotalis
 priuilegiis communis. dedit enim legem. qui-
 cumque fugerit in ecclesiam saluus erit et plu-
 res alias leges fecit. Christus tamen ecclesiam
 nobilioribus priuilegiis communis. id quibus
 dicitur. **iiij. Re. ix.** **Sancificauimus** domum
 hanc ut ponerem nomen meum ibi in semper
 putatum. et erunt oculi mei et cor meum ibi
 cunctis diebus. **Ecce** quod deus in ecclesia posuit
 nomen suum oculos suos et cor suum. **Et** sic
 nominatur nomen dei. videt oculis dei. et vi-
 uit corde dei. **Propter** primum famosam
 cognoscibilis. **Malach. i.** **Ab** ortu solis
 usque ad occasum magnus est nomen meum
 in gentibus. propter secundum est circumspecta et in-
 fallibilis. **Proverb. j.** **Frustra** iacis rethra
 ante oculos pennatorum. propter tertium est ppe-
 tua et immortalis. **Isa. xxxij.** **Tabernacu-**
 lum quod nequaquam transferri poterit. **Quar-**
 to priuilegiatam dignitatibus exornauit
Dedit enim siluestro coronam imperatoris
 et equum album. voluit enim ecclesiam or-
 nare quia sciebat ipsam esse summam regis
 sponsam. **ps.** **Assurum** regina et cetera. ipsam esse
 ad dexteram dei collocandam. unde sequitur
 a dextris tuis ipsa immortalitatis stola
 induendam. **Ideo** subdit. **In** vestitu de-
 aurato. ipsam angelorum multitudinem et ob-
 sequiis mancipatam. **Ideo** subdit. **Cir-**

cum data varietate.

De eodem. Sermo. ij.

Honora medicum propter necessitatem Ecclesiarum. xxxviij. In verbis premissis duo ponunt. scilicet constantini necessitas in quam incidit. et honoris sublimitas qua siluestrum honoravit. Circa primum notandum quod constantinus triplicem necessitatem patebatur. Prima erat corporalis quae patebat in carne sua. et ista erat morbus leprose. Secunda erat spiritualis que erat in mente sua. et ista erat morbus ydolatrie. Tercia erat in gente sua. et ista causabat ex draconis infectione. Primum morbum curare volebat per innocentium sanguinis effusionem. Secundum augere volebat per christiane religionis extirpationem. Tercium cedare volebat per cementorum exhibicionem. Sed affuit celestis medicus scilicet silvester qui hunc triplicem morbum salubri remedio curavit. Primum namque curavit per baptismi regenerationem. quia scilicet morbus fuit baptisatus ab omni lepra fuit curatus. iiij. Regum. v. Restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli et mundatus est. In carne quidem sua patebat triplicem morbum. Primum causabat ex leprose aspectione. et quantum ad hoc dicit. Restituta est caro eius. Secundus causabatur ex fomite concupiscentie. et iste per baptismum debilitatus est. et quantum ad hoc dicit. caro pueri etc. Tercius causabat ex vetusta perversatione qua in baptismo spoliatus est Colosens. ij. Spoliantes vos veteres hominem etc. et quantum ad hoc dicit. mundatus est. Secundus erat morbus spiritualis. scilicet morbus erroris. Notandum autem quod tunc erat triplex error. Primum gentilitatis et ydolatrie istum curavit silvester miraculis. Psal. Dabit voci sue vocem virtutis in miraculis. scilicet miraculosa curatione constantini. Secundus erat in digne perfidia. et illum curavit doctrinis.

quia disputando cum helena et iudeis ipsos convertit. Luce. xxi. Ego enim dabo vobis os et sapientiam etc. et miraculis scilicet resurrectione thauri. j. ad Corinth. j. Iudei signa petunt. greci sapientiam querunt. Silvester autem grecis siue gentilibus sapientiam. et iudeis signa prebebat. Sapientes enim acquiescunt rationibus simplices miraculis. sed quando verum quod datur tunc et rationes miracula promittunt. et miracula rationes confirmant. Tercius erat error pravitatis heretice. et ille fuit arius qui statim post silvestrem ad huc tamen vivente constantino incepit. qui dicebat christum esse puram creaturam et ille morbus curatus est doctrinis. quia nicenum consilium congregatum est. ubi apertis rationibus eius error confutatus est et miraculis. quia arius crepuit medius et nephando ore quo christum blasphemavit viscera sua eiecit. Tercius morbus causabat ex infectione draconis. et hunc morbum silvester curavit per potentiam. quia ad preceptum petri et pauli apostolorum ad ipsum descendit. et ibi tria fecit. Nam sibi precepit quod ibi christum viventem iudicem expectaret. os eius filo ligavit. et cum sigillo habente crucem sigillavit. Christus namque vicit dyabolum per potentiam. hoc significat preceptum quod ei fecit. per sapientiam. hoc signat ligatio qua eum ligavit. per iusticiam que apparuit in passione. hoc signat sigillatio facta cum cruce. Secundo ponitur honoris sublimitas qua silvestrum honoravit cum dicitur. Honora medicum. Circa quod notandum quod ecclesia est vicaria christi. vnde agn. thesauraria dei. hostiaria paradisi. Quia ecclesia igitur est vicaria christi. constantinus in sede sibi cessit. dimisit enim sibi sedem Romanensibus. et ipse in Constantinopolim sibi sedem locavit. Unde ait in suo testamento. ubi principatus sacerdotum. et christiane religionis caput a

e. ij.

celesti impatore institutum est. ut illic impator terrenus non haberet potestatem. **S**ecundo quod est sponsa agni ipsam tanquam fidelis parantibus nobiliter coronauit. nam sicut legimus in suo testamento dedit siluestro coronam imperialem. super humerale. et omnia imperialia ornamenta ordinans etiam. quod cardinales essent principes et patricii. et imperialibus dignitatibus adornari. **T**ercio quod est thesauraria dei impium occidentale sibi custodiendum commisit ipse ad presorientales accedens Constantinopoli edificauit. **I**sa. xlv. Dabo tibi thesauros absconditos etc. **Q**uarta quod erat ostiaria paradisi iudicio suo se ligandum et absoluedum supposuit. unde legimus in historia ecclesiarum. quod cum in niceno concilio diuersi episcopi diuersos libellos constantino presentasset. ut ipse inter eos iudicaret omnes libellos in ignem proiecit dicens. Deus vobis potestatem dedit de nobis iudicare et ideo a vobis recte iudicamur. vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Vos enim nobis a deo dari estis dei. et pueniens non est ut homo iudicet deos. sed ille de quo dicitur. Deus stetit in synagoga deorum.

De eodem Sermo. iij.

In diebus suis placuit deo. **E**ccl. xliij. Tota vita sanctorum est dies. j. **T**hes. v. Omnes vos filij lucis et filij diei. Et quod sancti viri sepe mutant status. id quod status habent tot dies continent. Beatus autem silvester fuit in quadruplici statu. scilicet subiectiois prelatiois summationis et glorificationis. Et in his diebus. id est in statibus suis lucidis semper placuit deo. **P**rimo namque placuit in statu perfectionis per gratiam. Sunt autem tria signa per que potest homo cognoscere utrum placeat deo per gratiam. **P**rimum est exercere opera misericordie. **E**ccl. xvij. Elemosina viri quasi sacculus cum ipso et gratiam hominis quasi pupillam

perpetuabit. Sicut enim manus opponitur ut pupilla ab icibus custodiatur. sic per elemosinam a temptationibus diaboli anima perpetuatur. **I**stud silvester adhuc laicus habebat. de quo dicitur quod hospitalitatem summope exercebat. **Heb. xij.** Hospitalitatem nolite obliuisci. per hanc enim quidam placuerunt angelis hospicio receptis. **S**ecundum signum est firmitatem scientie habere. **Ecc. xx.** Homo accharis. id est sine gratia quasi fabula vana. et dicitur. **Ecc. xxvij.** Homo sensatus manet in sapientia sicut sol etc. **I**stud silvester habuit. nam cum olim quendam christianum nomine thymotheum omnes christiani timerent recipere ipse eum recepit et secum manere fecit. **T**ercium signum est habere spiritum prophetie. **ij. Petri. j.** Spiritus inspirati locuti sunt isti dei homines. **I**stud silvester habuit. nam cum prefectus sibi in crastinum diuersa tormenta minaret. perplexica voce respondit. Stulte hac nocte morieris tu. et velis nolis verum deum quem columus recognosces. quod ita factum est. **S**ecundo placuit in statu prelatiois per curam sollicitam. **I**psa enim populum suum pauerit verbo predicationis per quod iudeos puicit. gentiles pervertit et fideles instruit. pauerit etiam exemplo reformationis. **U**nde dicitur. quod non solum a christianis sed etiam a paganis miro diligebatur affectu. **E**rat enim aspectu angelicus sermone nitidus et fide catholicus caritate diffusus. pauerit temporali subsidio. unde dicitur quod omnium orphanorum viduarum et pauperum nomina scripta habebat et eis in necessariis subueniebat. propter ista tria dicitur. **j. Thimo. iij.** Exemplum esto fidelium in verbo. scilicet predicationis. in peruersatione. scilicet in reformationis. in caritate. scilicet in subministrationis. **T**ercio placuit in statu summationis siue mortis. quia tunc gratiosum testamentum fecit. in quo tria subditis delegauit. scilicet ut inter se caritatem haberent. ecclesias suas diligentius gubernarent et gregem a luporum moribus custo-

dirent. *Ista tria paulus discipulis suis p[er] testamento legauit dicens. Actū. xij. Attendite vobis et vniuerso gregi vt saliet ip[s]i; sincere diligatis. in quo v[ost]ri sanctus spiritus posuit episcopos regere ecclesiam dei. vt sc[ilicet] diligentius gubernent. Ego scio quomā intrabunt post discessionem meā lupi rapaces. non p[re]censes gregi. et ideo ipsum a lupor[um] morib[us] custodiat. Et intelligunt lupi demones. Iheretici. et tyranni. Debent quidē prelati custodire ecclesiā a morib[us] demonū per orōnem assiduam. Luce. xij. Ecce sathanas expetit vos etc. et tu aliquando p[er]uersus p[er]fringis fratres tuos. sc[ilicet] per orōnem sollicitam. A morib[us] Ihereticor[um] per sanam doctrinam. j. Petri. ij. Parati semp[er] ad satisfacionem omni poscenti etc. A morib[us] tyrannor[um] per firmā p[er]sistentiam. Unde qui v[er]am reprehendunt. Ezechielis. xij. Nō ascendistis ex aduerso etc. Quarto placeat nunc deo in statu glorificatiōis. Psal. Placebo domino in regione uiuor[um]. Sūt autē tria per que beati placent deo. Prīmū est idempnit[as] volūtat[is]. Volo enim in malis voluntas ē deop[er]aria. ideo deo displicent. in bonis enim semiplena. et ideo imperfecte placent. sed in beatis est perfecta. ideo p[er]fecte placent. Ilaye. lxij. Vocabis voluntas mea in cis. Secundū est idempnit[as] filitudinis. Similitudo quidē dei in malis est delecta. ideo nō cognoscunt. in bonis est obscura. q[ui]a in corp[or]e q[uo]d corrumpit aggrauat. in beatis est clara. j. Jo. ij. Scimus q[uia] cū similes ei erimus apparuerint etc. Tercū est idempnit[as] animis. mali autē h[ab]ent cor frigidū. Iher. vj. Si cur frigidā facit cisterna aquā suā etc. Boni h[ab]ent cor calidū. ps. Concaluit cor meū intra me. Beati vero h[ab]ent cor in igne amoris totaliter p[er]uersum. ideo vocant scintille ignis Sap. iij. Fulgebunt iusti et tanq[uam] scintille in arundineto discurrent.*

De circumcisiōe d[omi]ni Sermo. j.

Infans octo dierum circumcidetur in vobis Gene. xvj. Quāuis ihesus fuerit infans octo dierum. t[ame]n non indigebat circumcisiōe. Cum enī circumcisiō data fuerit p[ro]pter peccatum. et q[uia]m christus fuerat sine peccato. ideo non indigebat tali remedio. Bernar. Nō non fecerit peccatum etas ipsa manifestat. q[uia] non p[ro]traxerit multo forius probat patris diuinitas et matris integritas. Est enim tibi pater ab eterno. sed deus est in quem nō cadit p[ec]cātū. Est tibi mater ex tempore sed virgo. nec parere potuit in corruptio corruptelam. Notandū autem q[uod] circumcisi[us] fuit christus a parentib[us] in p[re]corp[or]is. et a iudeis in omnib[us] sensib[us] corp[or]is. Primam autē circumcisiōem voluit accipere non p[ro]pter indigentiam sed p[ro]pter p[ro]prietatem. Congruum enī fuit multiplici ratione. Primo vt legem impleat Roma. xv. Dico enim ihesum xp[istu]m fuisse minist[er] circumcisiōis etc. Secūdo vt incarnatiōis misterii dyabolo occultaret. Sicut enim piscis volens cape escā caput ab hamo. sic dyabolus videns xp[istu]m circumcidi voluit ipsum cape tanq[uam] purū hoīem in carne et caput ē diuinitate Job xl. Nunquid illudes ei quasi auis. Tercio vt p[ro]munitatē p[ro]mendaret. Ber. Ama tor[um] p[ro]munitatis quo t[em]p[or]e illam defereret. et alios scandalizaret. Sicut enī non scandalizant xp[iani] videntes aliquem de genere xp[ianor[um] non baptizatū. sic et iudei videntes ipsum non circumcisiū. Quarto ne iudei se excusarent dicētes Ideo te nō respicimus q[uia] p[ro]pter legem facis et de p[ro]p[ri]o nostro debes petire. iuxta illud Gen. xxij. Nasculus cuius p[re]pucij caro circumcisa non fuerit delebit[ur] aīa eius de p[ro]p[ri]o suo. Quinto vt n[ost]ram naturā sanaret. Sicut enī sic cauteriū in vno mēbro vt totū corpus sanaret. sic xp[istu]s voluit circumcidi vt corpus eccie totū sanaret. Colo. ij. Circūcisi estis e. iij.